


PSALME 33 - TON 6 F



1. Benedícam Dóminum in óm-*ni* **témpore** : *
semper laus ejus in *o-re* **me - o.**
 2. In Dómino laudábitur *ánima* **mea** : * áudiant mansuétí, *et*
laeténtur.
 3. Magnificáte Dóminum **mecum** : * et exaltémus nómen ejus *in*
idípsum.
 4. Exquisívi Dóminum, et *exaudívit* me : * et ex ómnibus
tribulatió nibus meis *erípuit* me.
- ANT.**
5. Accédite ad eum, et *illuminámini* : * et facies vestrae non
confundéntur.
 6. Iste pauper clamávit, et Dóminus *exaudívit* eum : * et de
ómnibus tribulatió nibus ejus *salvávit* eum.
 7. Immittet Angelus Dómini in circúitu *timéntium* eum : * et *erípiet*
eos.
 8. Gustáte, et vidéte quóniam suávis *est* **Dóminus** : * beátus vir qui
sperat in **eo.**
- ANT.**
9. Timéte Dóminum omnes *sancti* ejus : * quóniam non est inópia
timéntibus eum.
 10. Divites eguérunt et *esuriérunt* : * inquiréntes autem Dóminum
non minuéntur *omni* **bono.**
 11. Veníte, *fílii,* *audíte* me : * timórem Dómini *docébo* vos.
 12. Quis est homo qui *vult* **vitam** : * díligit dies *vidére* **bonos** ?

ANT.

13. Próhibe linguam tuam *a malo* : * et lábia tua ne loquántur **dolum**.
14. Divérte a malo, et *fac bonum* : * inquire pacem, et perséquere **eam**.
15. Oculi Dómini *super justos* : * et aures ejus in *preces eórum*.
16. Vultus autem Dómini *super faciéntes mala* : * ut perdat de terra *memóriam eórum*.

ANT.

17. Clamavérunt justí, et Dóminus *exaudivit eos* : * et ex ómnibus tribulatió nibus eórum *liberávit eos*.
18. Juxta est Dóminus iis, qui tribuláto *sunt corde* : * et húmiles *spíritu salvábit*.

Glória Patri, *et Fílio*, * et Spirítui **Sancto**.

Sicut erat in princípíio, et nunc, et **semper**, * et in saécula *saeculórum*. Amen.